

8. Et Christus Servator hoc ipsum nos edo-
cturus, se Paracletum ALIVM (quippe à se &
Patre distinctam τὸ ὅσπερ) missurum promit-
tit, Ioh. 14, 16.

9. Quò respicit Scriptura, quoties Neutro
(πνεύματι ἁγίῳ) statim Relativum masculini
generis subijcit, ut Ioh. 14, 26. Pater in nomine
meo mittet vobis πνεῦμα τὸ ἅγιον: ἃ κείνῳ
(non ἃ κείνῳ) docebit vos omnia. Et Eph. 1, 13.
& 14. Obsignati estis πνεύματι ἁγίῳ, ὃς (non
ὁ) ἐστὶν ἀρραβὼν &c.

10. Dicitur autem Spiritus Sanctus, Persona
Trinitatis tertia, non quòd vel divinâ gloriâ &
majestate inferior Patre & Filio: vel ÷isdem tem-
pore posterior: sed quia respectu hypostatici cha-
racteris, & ratione productionis, ordine, tertiam
Trinitatis constituit τὸ ὅσπερ.

11. Quemadmodum enim Pater à nullo est,
ideoq; Persona ordine prima: Filius verò à solo
Patre, ideoq; Persona ordine secunda: Sic Spiri-
tus Sanctus, quia ratione productionis est à Patre
& Filio; ideoq; in divina Essentia Personam or-
dine tertiam constituere piè creditur.

12. Caterùm ad Divinitatem Spiritus San-
cti confirmandam, ex ÷isdem pene fontibus, ex
quibus Filij DEI Divinitas nuper astruebatur,
probationum argumenta peti & possunt & de-
bent.

Primum